# ADMINISTRACYA DUCHOWNA DYECEZYI WILENSKIEY

*Całemu Duchowieństwu Swieckiemu y Zakonnemu, oraz wszystkim Wiernym zdrowie y błogosławieństwo.*

Odebraliście bez wątpienia, naymilsi Bracia! okolny List J. O. Xcia Jmci Pasterza Naszego, który przy końcu Miesiąca Pazdziernika roku teraźnieyszego, na Swoim z Dyecezyi wyiezdzie, czułym prawdziwie affektem, y duchem słodkiey gorliwości napisany do Was rozesłał. Zapowiedział Wam J. O. Pasterz w tymże Liście Swoim, że na długie y odległe Jego od Was oddalenie zanosiło się, pod wątpliwością o tym Wam namienił; troskliwość Jego bowiem około Was Pasterska, y miłość dobra publicznego w teraznieyszych zwłaszcza Oyczyzny potrzebach, wstrzymywały potężnie Onego, y niedozwalały gorliwemu sercu Jego oddalenia tego; ale musiał nakoniec ustąpić potrzebie poratowania y zasilenia zdrowia Swoiego pracami y laty zwątlonego. Wyiechał zatym za granicę, ale wyiechał piastuiąc Was wszystkich w sercu Swoim, oddalił się od Was ciałem, ale umysłem Swoim zawsze złączonym będzie; boć dla tego jedynie wyiechał, ażeby pokrzepiwszy siły zdrowia Swoiego, zdolnieyszym powrócił do pracowania w Urzędzie Swoim Pasterskim około poświęcenia Waszego. Nie przestaiąc zaś na teysamey słodkiego serca Swego ku Wam dyspozycyi, o wygody Wasze troskliwy, ażeby w niebytności Jego ubliżone Wam nie były, na wyiezdzie Swoim opatrznie zaradził. Wyznaczył Administracyą Dyecezyi Swoiey, którey zostawił wszystkę władzę Swoią Pasterską, y do tey Administracyi Nas przeznaczył, y mianował instrumentem Swoim, który już czytaycie =

*Ignatius Jacobus Princeps MASSALSKI DEI & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Vilnensis = Illſsimo & Reverendiſsimo Domino Petro Toczyłowski Episcopo Bellinensi, tanquam Suffraganeo Nostro, nec non Primicerio Prælato Ecclæ Cathed: Equiti Ordinis S. Stanislai, Perillibus Reverendiſsimis Dominis Antonio Kruszewski Canonico Cathedrali, ac Auditori Causarum Curiæ Nostræ Generali, & Nicodæmo Puzyna Canonico Vilnen: ac Officiali Nostro Generali, nec non Joanni Kossakowski Coadjutori, Custodi Prælato, & Ignatio Houwalt Scholastico Prælato Samogitiensi Curato Poboyscensi & Daugieliscensi Diœcesis Nostræ, Nobis in Christo Dilectis Fraternam in Domino salutem. = Cum in sollicitudine Officii Nostri Pastoralis, Vos Fratres dilectiſsimi, Adjutores strenuos, ac Sacrorum Canonum Observatores vigiles, verumquè Senatum Ecclesiæ Sponsæ Nostræ agnoscamus, nullis curis unquàm majori cum fiducia Administrationem in Spiritualibus Diœcesis in Nostra absentia committere poſsumus, quam Vobis Viris, ut potè specialiter à Nobis pridem summa cum existimatione cognitis, quorum virtus, pietas, scientia & zelus Domûs DEI omnibus apprime innotuit. Moris quondam fuerat, ut quoties negotia Nostra absentiam Nostram, à Diœcesi necessariam exiguerant Administrationem in Spiritualibus in Personam unius alicujus & venerabili Capitulo Nostro conferebamus; At nunc quo magis annorum pondere oppreſsi, Divino Judicio rationem Gregis Nostræ Pastori Pastorum reddituri approximamus, eo magis vivido in salutem animarum zelo commoveri Nos merito sentimus, ac maiori circa officia muneris Nostri sollicitudine agere, obligatos Nos eſse in conscientia cognoscimus. Cum igitur in Senatoriæ dignitatis Officium Varsaviæ nunc Nos omnino detineat, & sanitas laboribus annisquè attrita valetudinem bonam, vel in exteris Nationibus fortaſsis quærendam Nobis persvadeat; Nos regimini salutari Diœceseos Nostræ ex conscientia prospiciendo, non jam in unius alicuius, ex dilectiſsimo Nobis venerabili Capitulo Nostro Cathedrali Vilnensi Personam committere Administrationem generalem in Spiritualibus decrevimus, sed ex plurimis, idque ex Vobis specialiter supra nominatis Collegium generalis Administrationis in Spiritualibus creare, ac instituere in animum induximus ac decrevimus, prout & nunc invocatô Divinô auxiliô in DEI Nomine per Præsentes hocce Collegium Administrationis generalis in Spiritualibus Diœceseos Nostræ Vilnensis creamus, instituimus ac decernimus, omnemquè potestatem Nostram, omnem jurisdictionem Nostram, ac omnes facultates tam ordinarias, quam delegatas, sive de Jure sive de consvetudine, sive de specialibus gratiis Nobis conceſsas, in Personas Vestras, seu potius in dictum, à Nobis creatum, ac institutum Collegium Administrationis generalis in Spiritualibus, transferimus, transfundimus, ac plenariè impertimur, etiam in iis, quæ Nobis injungenda forent, ad executionem à sereniſsima Republica, si id in absentia Nostra contigerit, Vobis cuncta fideliter exequenda committimus, exceptis unicè Præsentationibus, sive Collationibus beneficiorum Juris Patronatûs Nostri, sive ex Officio Episcopatûs, sive ex bonis Patrimonialibus ad Nos devoluti. Huic igitur Collegio Administrationis generalis in Spiritualibus, qualiter se in omnibus gerere debeat, specialem Ordinationem Nostram authoritate Nostra præscribendam decernimus, ac in omnibus punctis, clausulis, regulis, sancitis, dispositionibus, juxta Jus commune, ac speciale Regni, juxta Synodos, Constitutiones, Statuta, ac consvetudines Diœceseos Nostræ, juxta exigentiam temporis, ac circumstantiarum prudenter attentam & consideratam, denique juxta DEUM, juxta conscientiam, ac juxta strictiſsimum summi Numinis Judicium, quo Vos obtestamur, & obsecramus, ut fideliter Vestrum à Nobis commiſsum agatis negotium, omnia specialiter præscribemus, ac Ordinatione Nostra statuemus, decernemus ac definiemus. Vos igitur Fratres dilectiſsimi, ad hocce Collegium Administrationis specialiter à Nobis electos, ac delegatos Paternè hortamur in Domino, ut Ordinationibus Nostris hac in re dandis, insistetis, communi ac unanimi consilio & auxilio vices Nostras supplèatis, sapientiam regiminis in sanctificationem animarum è Cœlo implorantes, memores hujus sacrarum Scripturarum effati: quod sapientia habitet in consilio; ubi autem multa sunt consilia, ibi salus. Ut autem hæc Vestri Collegii Institutio ad omnium & singulorum notitiam deveniat, volumus, quatenus dum & postquam Præsentes ad manus Vestras pervenerint, illico eas per Encyclicam à Collegio Vestro subscribendam, & valvis omnium Ecclesiarum Diœceseos Nostræ affigendam publicari faciatis. In quorum fidem Præsentes manû Nostra subscriptas, sigillo Nostro communiri juſsimus. Datum Varsaviæ die 21. Mensis Novembris 1789 Anno. Ignatius Episcopus.* (L. S.)

Przyięliśmy z uszanowaniem dowod ten Pasterskiego w Osobach Naszych zaufania, podięliśmy się pracy, y już do niey przykładać się poczęliśmy, tym końcem otworzyliśmy Sessye Nasze, na których potrzebom Dyecezyi do władzy Biskupiey należącym pilnie doradzać y wygadzać przyrzekamy. Pięciu Osobom, jako widzicie, władza jest zostawiona, ale w wykonaniu rzeczy, podług woli J. O. Pasterza osobnym pismem do Nas wyrażoney, liczba trzech Osob do Kompletu wystarczać będzie, ile razy wszyscy pięciu zebrać się nie będą mogli. A lubo wszystko wspólnie robić będziemy; wolno jednak każdemu będzie odezwę uczynić w potrzebach swoich, czyli do wszystkich na Sessyi zgromadzonych, czyli też do każdego z Nas wyznaczonych do Administracyi w szczególności. Macie tedy naymilsi Bracia, oznaymienie woli J. O. Xcia Jmci Pasterza Naszego, oraz oświadczenie przyiętey od Nas troskliwości o wszełkie duchowne wygody Wasze. Pierwsza rzecz, którą Wam nayusilniey zaleconą mieć chcemy, iest ta, ażebyście gorące do BOGA za J. O. Pasterza Naszego posyłali Modlitwy. Tym końcem Duchowieństwu Swieckiemu y Zakonnemu, ażeby codziennie (aż do powrotu Xięcia Jmci z zagranicy) na Mszy S. *Collectam pro Episcopo* dodawali, *Festis primæ & secundæ Classis, Octavis Festorum Domini exceptis*, naznaczamy. Przy tym, ażeby w dni Niedzielne y Swięta uroczyste po Kazaniu, lub Nauce Modlitwom ludu zgromadzonego tegoż J. O. Xięcia Pasterza zalecali. Ninieyszego Processu zwykłym sposobem po Dyecezyi rozesłanie, z Ambon po Kościołach ogłoszenie, a po ogłoszeniu u drzwi Kościelnych zawieszenie nakazuiemy. *Dan w Wilnie dnia 18. Miesiąca Grudnia 1789. Roku.*

*X. Piotr Toczyłowski Biskup Bellinenski, Suffragan y Kantor Prałat Katedralny, Prezydent Administracyi Dyecezyi Wileńskiey.*

*X. Antoni Kruszewski Kanonik Kathedr: Audytor Sądów Zadworn: y Administrator Wileński.*

*X. Nikodem Puzyna Kanonik Kathedralny, Officyał Generalny, Administrator Wileński.*

*X. Jan Kossakowski Koadjutor, Kustosz, Prałat y Administrator Wileński.*

*X. Ignacy Houwalt Scholastyk, Prałat Zmuydzki, Administrator Dyecezyi Wileń:*

X. Wincenty Mikucki Pisarz Administracyi Dyecezyi Wileńskiey.